

**A**d honorē sc̄tē et indiuidue trinitatis: gl'ose  
q; virginis marie, & ad vtilitatē reipublice: p  
p̄seruatione sanorū: ac reformatione lapsorū: vo  
lo aliqua de pestilētia q̄ nos frequētius inuadit (ex  
dictis medicorū magis autenticorum) scribere. Et  
p̄mo de signis p̄nosticis ei⁹. sc̄do de causis. tertio  
de remediis. q̄rto de p̄fortaminibus cordis & p̄nci  
paliū mēbroꝝ. q̄nto et vltimo de fleubotomiā.

**D**e signis p̄nosticis pestilēcie.

**S**igna pestilēcie p̄nostica septem ad p̄ris assi  
gnant. Primū est: q̄n in vna die estiuāli: aū  
ra sepe mutat: ut de mane apparet pluuiosa, dei  
de nebulosa: & demū ventosa, p̄cipue a vēto me  
ridionali. Sc̄dm signū est: q̄n sepe in tpe estiuāli:  
dies apparēt totaliter obscuri et velle pluere & nō  
pluit: et tunc si diu durauerit: timendū est de ma  
gna pestilentia. Tertiū signū est: q̄n sunt multe  
musce super terrā: hoc enī signū est: q̄ aer vene  
nosus sit et infectus. Quartū signū ē: q̄n stelle se  
pe videntur cadere, et hoc iterū signū est q̄ aer sit  
infectus: & q̄ multi vapores venenosi sunt in ae  
re. Quintū signum ē: q̄n cometa videt̄ volare. Et  
sicut habet̄ in methauris: ista p̄tingunt q̄n come  
ta apparet, sc̄z interfectio hoīm in bellis zc̄. vnde  
versus. Contingūt ista: stella splendēte cometa.  
Mors furit. vrbs rapit̄. seuit mare. sol operit̄. Re

gnū mutat. plebs, peste: fame cruciat. Sextum si  
gnū est: qñ multa fulgura & tonitrua fiunt: & p̄ci  
pue venientia a parte meridionali. Septimum si  
gnū est: qñ multe vētositates a meridie p̄cedunt.  
Ille enī sordescūt & imūde sūt. Qñ igit̄ ista signa  
apparēt: timendū ē de magna pestilētia: nisi dñs  
oipotens ip̄am sua pietate voluerit amouere.

### De causis pestilentie.

**C**Ausa pestilētie triplex est. qñq; ei venit a ra  
dice inferiori. aliqñ a radice superiori: ita q̄  
sensualiter apparet nobis mutatio aeris. & quan  
doq; venit abvtroq; scilicet radice superiori & in  
feriori simul. A radice quidē inferiori: ut nos vi  
demus ex latrina prope camerā: ul' ex aliqua alia  
re particulari corrūpi aerē: in substātia & in q̄lita  
te. Et illa est particularis: & potest accidere oī die  
Inde etiā p̄cedit febris pestilēcialis: circa quā mul  
ti medici sunt decepti: talē febrē esse pestilentialē  
non credētes. Qñq; etiā venit a cadaueribus mor  
tuorū: uel ex corruptione stagnorū. et p̄tingit fre  
quēter in locis corruptis. Et ista aliqñ est vniuersa  
lis, & aliqñ particularis. A radice aut̄ supiori acci  
dit virtute corporū celestiuū, ex qbus spūs vitalis  
corrūpit̄ in aīali. Et de illa dicit auicenna li. iiii. Ex

forma celi: corpora valde facillè inficiunt. Nā impressio celestis corrūpit aerē: & sic spūs corrūpit i hoīe. A radice vero superiori et inferiori sil' puenit qñ ex imp̄ssiōe celesti corrūpente aerē: & putrefactione cadauerū uel locorū causat' morb' in hoīe: et talis morbus qñq; est febris. qñq; apostema, & hoc ut in pluribus. Aer ei inspiratus: qñq; uenofus est et corrupt': ledēs cor: ita ut natura multipliciter aggrauat', imo intrū q; nō p̄cipit suā lesionē. Nam apparent bone vrine et bone digestiones, et tamen patiens tendit ad mortē. Vñ multi medici in patientibus ad vrinam attendētes: superficialiter loquuntur & decipiuntur. Necessè est igitur: q; quilibet patiens prouideat sibi de bono medico et experto. Et ista videntur dici de causis pestilentie. ¶ Sed circa hec mouentur due questiones. Prima est. quare vnus moritur: alter non et de illa villa moriuntur homines: et in illa domo, in alia autem nō. Secunda questio est: an tales morbi pestilētiales sint contagiosi? ¶ Ad primam dico: q; hoc contingere potest ex duobus, scilicet ex parte agentis. & ex parte patientis. Ex parte quidem agentis: quia illa influenza sup̄celestis direct' respicit illū vel illū: q̄ illū & illū locū. Sed ex pte patiētis: quia ille est magis dispositus

ad mortē q̄ alter. Vnde notandū q̄ corpora ma-  
gis disposita : sunt corpora calida latorū pororū  
& corpora infecta & habētia poros opilatos mul-  
tis humorib⁹. Vñ corpora a quibus fit magna re-  
solutio : sicut sunt hoīes abutentes coitu, uel serui  
entes balneis. et hoīes qui calefiunt magno labo-  
re, uel magna ira : habent corpora magis disposi-  
ta ad morbū pestilenticū. ¶ Ad secundā dico : q̄  
tales morbi pestilenciales sunt contagiosi. quia a  
corporibus infectis effluunt humores & fumi ve-  
nenosi aerē corrumpentes. et ideo fugiendū ē ab  
infectis, immo tempore pestilenciali nullus debet  
stare ī cumulo populorū. quia potest esse aliquis  
illoꝝ infectus. Ratione cuius prudētes medici vi-  
sitando infirmos : stant longe a patientibus tenen-  
tes faciē versus portā uel fenestrā. sic etiam stare  
debent infirmorū seruitores. vnde patienti bonū  
est per dies mutare camerā, et frequentius habe-  
re fenestras versus boreā, uel versus orientē aper-  
tas. fenestre uero versus meridiē : tenentur clausē  
Ventus enim meridionalis habet in se duas cau-  
sas putrefactōis. Prima est : q̄ debilitat corpora tā  
sonorū q̄ infirmorū. Secunda est quia sicut scribi-  
tur tertio amphorismorū. Auster uentus inflatus  
grauat auditū, et ledit cor. quia aperit poros hoīs  
et intrat vsq; ad cor. Quare bonū est sano : tempe

pestilentie qñ flat ventus meridionalis: manere in domo per totū diē. Si autē necesse fuerit ut exire debeat: maneat in domo vsq; ad eleuationē solis supra nostrū orizontē.

### ¶ De remediis pestilētie.

**U**is causis pestilentie: nunc dicendū est qualiter quis se debeat a pestilentia preseruare. Pro quo notandū est iuxta dictū sūmi medici per hieremiā dicentē: q; homo primo se debeat diuertere a malo ad bonū: et humiliter sua peccata cōfiteri. quare summū remediū est: ut tempore pestilentie penitentia & confessio medicamentis ce-teris preferant. promitto tñ sūme: q; valde bonū remediū est: fugere, & locū infectū mutare. Sed quia multi cōmodose locū mutare non possunt: ideo quantū possibile fuerit ab eis oīs causa putredinis euitetur: et ex consequenti oīs coitus. precipue etiā cauendus est ventus meridionalis, qui naturaliter est infectiuus. Claudentur ergo fenestre (ut dictū est) versus meridiē vsq; ad horā primā. et aperientur versus septētrionē. Eadem de causa omnis fetor est euitandus: ut puta, stabulorū, camporum, platearū, & precipue interfectorū, cadauerum putrefactorū: & maxie fetor aquarū. Nam

in aliquibus domibus conseruatur aqua, per duas dies uel noctes, uel sunt transitus subterranei aq̄rum: in quibus seruantur aque proiecte: que etiā magnū causant fetorē. Et ex ista causa etiā cōtingit: q̄ aliqui moriuntur in illa domo: ubi talia cōtingunt, & in alia non: ut dictū est. Sicut in illo loco ubi venduntur olera & caules. quia olera putre facta: faciūt nociuū fetorē. Vnde sicut per odorē aromaticū cor & spiritus recreantur: ita ex nociuo fetore debilitantur. Quare seruanda est dom⁹ ne aer infectus subintret. aer enī infectus hūidus est: & putrefactionē in domo: uel in loco dormitionis naturaliter causat. Subtilies igit̄ domus per clarā flāmā: & fiat ignis clarus de lignis. Fiat etiā cū fumigatione herbarū infra scriptarū, uidelicet lauribacce, iuniperi, uerberiorgani, et habet̄ in apothecis. absinthii, yfopi, rute, arthimessie atq; ligni aloes, qd̄ melius ualeret: sed pro paruo precio cōparari nō potest. & talis fumus inspiretur per os et nares. quia sic interiora ratificat. Itē eadē de cā uitetur ois repletio: quia corpora plena malis humoribus inficiuntur facilius. Vnde dicit auicēna quarto canonis: q̄ illi qui repletionē sp̄ curāt: per riodū et finē uite sue abreuiant. Itē eadē de causa balneū cōmune euitetur: quia modicū frustū totam massā corporis corrūpit. Vnde finaliter ois

multitudo uel cōmunitas euitetur inquantū pos-  
sibile sit: ne ab anhelitis infectis aliquis inficietur.  
Sed qñ hoc fieri non potest: ut cōitas euitet: vtā  
tur remediis infra scriptis. De mane quādo aliqs  
surgit: mox parū comedat de ruta lotā in aq̄ mū-  
da: & sale aspersa: cū nuce gallica vna uel duabus  
bene mundatis. Si autē illud habere non potest:  
tūc comedat panē uel tortā intinctā aceto: & hoc  
maxie tpe turbido uel nebuloso. In tpe etiā pesti-  
lentie melius infra domū manere uidef: q̄ extra.  
nec est sanū ire per villā uel ciuitatē. Domus etiā  
aspergetur (et specialiter in estate) cū aceto, & ro-  
sis & foliis uitis, imo bonū est in die frequenter la-  
uare manus cū aqua & aceto: et postea faciē terge-  
re & odorare ad manus. Bonū est igitur tam in  
estate: q̄ in hyeme acetosa odorare. In mōte (aut)  
pestulano: cōmunitatē vitare non potui. quia trā-  
siui de domo ad domū curando infirmos: causa  
paupertatis mee. Vnde spongiā uel panē intin-  
ctū aceto mecū portauī: tenens prope os & nasū.  
quia oīa acetosa opilant meatū hūorū. nec faciūt  
venenosa intrare. et sic talē euasi pestilentia: soci-  
is meis non credentibus me uitā retinere. Oīa autē  
ista remedia per me ipsū probauī.

**D**e p̄fortaminibus cordis &  
principalium mēbrorū.

**C**ordis confortamina hec sunt: crocus, canifer, plantago, cū ceteris herbis que ratificāt spiritū interiorē. Hec enī precipue valent in vulgari cōmunitate, vbi facilliter contingit q̄ vnus inficiatur ab alio. et ideo sūme caueatur ne anhelitus inspiretur ab aliquo. Oculi etiā ab aere infecto obsecurentur: si hō non portauerit predicta in manu. Valde etenī sanū est: q̄ lauentur, os, facies, oculi et manus sepius in die cū aqua rosacea aceto mixta. Si autē predicta habere nō potest: tunc faciat cū aceto: & sic istis seruatīs securus cōmunitatē ītrabis. Habetur etiā p̄ magno remedio laxatiuo ventris. Si autē naturaliter fieri non pōt laxatio vētris: prouocetur artificialiter per suppositoriū: ad quod bene valent pillule pestilēciales que habent in apothecis. In domo etiam sēp teneatur ignis. quia multū impedit impressionē celestē, & clarificat aerē. De cibo autē specialiter dico: q̄ tiriaca sūme vtilis est: tam sanis q̄ infectis. Sumatur igitur bis in die cum vino claro limphatico: uel cū aqua clara rosacea: aut cū ceruisia clara. nec sumatur de tiriaca: nisi ad quantitātē vnus pisi: de vino vero, aqua, uel ceruisia ad quantitātē duorū coclearium. tiriaca autē in vase penitus dissoluatur. differatur etiā prandiū vsq̄ ad mediū diem: ut tiriaca in corpore suā exercent operationē. Bonū insup

ferculū cū vino puro sepe in die sumendū est: nō multū tñ simul: quia nimia superabundantia putrefactioneꝝ humorū inducit. Caueantur in cibus omnia calefactiua: ut sunt, piper, et alliū. licet enī piper cerebrū a flecmate purgat & specialia membra a viscosis humoribus: quia tamen nimis calefacit et calefactio putrefactionē inducit. plus videtur sola amaritudo (q̄ calor, odor, et sapor) in ipso placuisse. Allium etiā quāuis a flecmate purgat & malos humores eiicit et prouocat appetitū comedendi: & aerem siccū intrare nō permittit: q̄a tamen oculos perturbat: et caput vniuscuiusq; sepe comedentis calefacit: ideo non videtur placuisse. Pestilentia enim ex calida causa sepe augmentatur. Omnes igitur cibi quanto facilioris digestionis sunt: tanto meliores. De mane sumantur cibaria bulita: de nocte vero assata. Brodia autē & pulmenta euitentur: nisi fuerit acetosa. Tempore enim pestilētie preualent fercula acetosa omibus medicinis. Similiter euitari debent omēs fructus nisi sint acetosi: ut sunt, cerasa, mala granata, aut modicum de piro, uel pomo loco medicine. Nam omnis fructus putrefactionē inducit. Species cōmuniter conuenientes sunt, zinziber, cinamomū, ciminū, flores muscatorū, & crocus: cū his enim optima salsa pro diuitibus procuretur. Sed si sint

pauperes recipere debent, rutā, saluiā, nuces galli-  
cas, petrosiliuz, & cum aceto miscere simul, & est  
bona salsa. Si autē mediocres sunt: recipere debēt  
ciminū, & crocū & miscere simul cū aceto. & ta-  
lis salsa valet, & omnē putrefactionē prohibet. Eti-  
am iocunditas cordis: magnū remediū sanitatis  
est in corpore. Quare cauendū est tempore pesti-  
lentie ne quis mortē timeat: sed (sine timore & sol-  
licitudine pestilentialis morbi uel periculi cuiuscū-  
q; lete uiuendo) diu uiuere sperat.

ἡ ἀγμοδία ὅταν ἐλθῆι  
2. ἢ καρδίαν.  
ἢ ἀγμοδία ἐν βωμῶ  
ἢ ἀγμοδία ἐν  
ἢ ἀγμοδία ἐν

De fleubotomia.

**F**leubotomiā semel in mense fieri potest: ni-  
si etas uel aliquid huiusmodi prohibeat: ut  
apparet in pegrinātibus, uel in aliquo debili: uel  
in patientibus fluxum ventris. Fiat autem fleubo-  
tomia in basilica dextra, uel sinistra ante comestio-  
nem. post incisionē uero basilice valet esse gaudio-  
sum: & bibere bonū uinū, uel bonā seruisiā, sem-  
per tamen temperate. nec est conueniens dormi-  
re illo die in quo basilica ē incisa. Si quis autē apo-  
stemate se grauatū senserit, uel iam esse infectuz:  
tunc omnino vitet somnū ābulando: quia in sō-  
no calor intrisece uenenuū inducit ad cor & ad alia  
mēbra specialia: ita q̄ uix aliqua herba potest tale

ἡ ἀγμοδία μοι ἔστω ἀγμοδία ἐν τῷ μύσῳ π. π. π.

venenū ad statum pristinū renouare. quod tamē  
nō fieret si homo esset in motu. Sed diceret quis  
ex quo somnus debet vitari: quid si haberet som-  
nū naturalē? Ad hoc dico breuiter: q̄ in tpe pesti-  
lentiali statim post comestionē si quis haberet libi-  
dinē dormiendi: tunc talis libido debz reuocari p̄  
spaciū in ortulis, uel in campis. et sic somnus na-  
turalis potest fieri per vnā horā post comestionē.  
Dicit igitur auicenna: q̄ si homo vellet dormire.  
debet bibere bonū haustū ante dormitionē: quia  
homo existens in somno attrahit multos humo-  
res, & isti mali humores depellūtur per humorē  
boni haustus. ¶ Sed diceret quis: q̄no modo de-  
bet sentire homo quando est infectus? Ad hoc re-  
spondeo: q̄ homo infectus tali die non multū co-  
medit: quia est repletus malis hūoribus: & statim  
post prandiū habz libidinē dormiendi: & magnā  
calesfactionē sub frigore sentit. Habet etiā magnū  
dolorem in anteriori parte capitis: sed omnia ista  
debet reuocare per motum spaciū hinc & inde.  
Equitare autem vel ambulare non potest propter  
nimiā pigriciam corporis & ponderositatē. nam  
homo infectus omni hora libidinē habet dormiē-  
di. quia venenū intrinsecū perturbat spm̄ vitalesz  
sic q̄ semper tendit ad requiem. Ex istis igitur si-  
gnis homo sentit se infectū. Si quis autē credere

nollet: expectet per medium diem & statim sen-  
tiet apostema sub brachiis, uel circa pudibūda, uel  
circa aures. Est ergo summū remediū (si quis sen-  
serit omnia predicta) tempore pestilenciali: ut sō-  
num vitet. quia sicut ex predictis patet in somno  
spiritus vitalis quiescit: venenum autem aspergi-  
tur per membra hinc et inde. Hec omnia per me  
ipsum probaui. Istis autem sic stantibus: quando  
homo senserit se esse infectum: quācitius fieri potest  
eodem die sanguis minuatur abunde vsq; ad sin-  
copam, id est vsq; ad vertiginē. quia parua minu-  
tio sanguinis venenū excitat. Si autē homo nō vel-  
let incidere plures venas simul: tunc pmittat tran-  
sire venā incisam vsq; ad retardationē sanguinis.  
quia parua fluxio sanguinis venenū fortius exci-  
tat: ut prius patuit. Item homo incusus venis siue  
sit infectus siue non: semper vitet somnū per diē  
vsq; ad mediā noctem. & semper in eadem par-  
te corporis in qua apostema apparuerit fiet inci-  
sio vene. Si igitur apparet apostema sub brachio  
dextro: fiat fleubotomia in medio eiusdē brachii  
de mediana. Si autem sub sinistro: fiat fleuboto-  
mia in mediana eiusdem brachii uel in epate, id ē  
in vena circa parū digitū. Et si circa pudibunda:  
fiat fleubotomia in pede eiusdē lateris circa calcē  
Si autē apostema fuerit in collo: fiat fleubotomia

de cephalica circa pollicē in manu lateris eiusdē:  
uel de mediana eiusdē brachii: ul' in manu eiusdē  
lateris circa digitum minoreꝝ. Si apparuerit circa  
aurē fiat fleubotomia de cephalica eiusdē lateris,  
uel de vena que est inter indicē et pollicē. ne mul-  
ta venenosa inuadāt cerebrū. uel de vena que est  
circa minoreꝝ digitū: uel circa articulū que a mul-  
tis medicis appellat' basilica. Si apparuerit in sca-  
pulis: minue cū ventosis. & primo minue media-  
nam. si in dorso: minue supra pedicā magnā. Et  
oīa ista fiant si homo nō dormierit ante cognitio-  
nem apostematis. Si aut' talia apostemata senserit  
post dormitionē: tūc fieri debꝝ minutio in par-  
te crucifixa: ut si apostema apparuerit in brachio  
dextro: fiat fleubotoma ī brachio sinistro de epa-  
te: uel basilica: uel de mediana. Et si apparuerit a  
postema sub brachio sinistro: fiat fleubotomia de  
brachio dextro secundū q̄ dictum est de brachio  
sinistro: & sic de aliis locis in quibus apparuerit a  
postema: ita q̄ semper fiat opposito modo. Mi-  
nutus uero si sit valde debilis tunc potest fieri dor-  
mitō post mediū diē: et semp infra mediū diē de-  
bet esse in p̄tinuo motu equitādo uel transeundo  
moderate. Et si postea creuerit apostema: non ti-  
meatur. quia tale apostema est malū expellens &  
reddit hoiem valde sanū. Vt aut' citius & facilius

apostema maturefcat & rūpat: debet fieri medi-  
camentū tali mō. Tere folia sambuci et adde fina  
piū tritū & fac emplastrū: deinde suppone apofte  
māti. Aliquivero chirurgici volūt q̄ addatur tiriaca:  
sed sūme suadeo q̄ nō fiat. Nā ipsa tiriaca ve  
nenū expellit. melius ergo videt̄ si aliqs haberet a  
postema q̄ bibat tiriacā: et sic expellit venenū. Itē  
aliud remediū. Accipe barbam iouis, serpillum:  
gallice serfeul, plantaginem & modicū de filigine  
et tere hec oīa infil' donec videris aquā inde exire  
deinde misce aquā illā cū lacte mulieris: & da illi  
bibere q̄ apofte ma habuerit. Et hoc fieri debet añ  
dormitione; ieiuno stomacho. q̄a eo melius opaf  
in hoīe. Itē cui p̄mo apofte ma apparuerit recipi  
at auellanas, ficus, & rutā, & ptundat simul: dein  
de supponat. Et hec ad p̄ns dicta de pestilētia suf  
ficient. Si quis autē scdm modū predictū se rexe  
rit: huius morbi ptagiosi pericula bñ euadat: pre  
stante dño nostro iesu christo (sine quo nihil fieri  
pōt) q̄ est oipotens & gl'iosus & laudabilis & bñdi  
ctus: cū intemerata virgine maria matre eius: in  
secula seculorū. Amen.

**T**ractat<sup>9</sup> de regimie pestilētico dñi kami  
ti ep̄i arusiē ciuitatis: regni dacie, artis  
medicīne exptissimi p̄fessoris: finē habz